

Seville II, c. 7, interp. (above, p. 497 l. 6–20):

Ps.-Leo extravagans (Appendix, p. 520 l. 12–p. 521 l. 11):

BL 3.423:

*Ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, ... presbyteri ...*

*arripere non praesumant. Nam ... quaedam ... sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, benedictio vel unctio, siquidem nec benedicere eis ecclesiam vel altaria consecrare nec per inpositionem manus ... spiritum tradere*

*nec crisma conficere nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in missa quemquam paenitentem reconciliare nec formatas cuilibet epistolas mittere.*

*Haec enim omnia illicita esse presbyteris vel chorepiscopis, quia pontificatus apicem non habent ...*

*Ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, ... chorepiscopi vel presbyteri*

*... arripere non praesumant. Nam ... sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris ac benedictio vel unctio, sic quidem nec*

*erigere eis ecclesias vel altaria consecrare nec per impositiones manuum ... spiritum sanctum tradere,*

*nec crisma conficere nec chrismate baptizatorum frontes signare, sed nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare nec formatas cuilibet epistolas mittere.*

*Haec enim omnia illicita esse chorepiscopis, qui ad exemplum vel ad formam LXX discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris, qui eandem gestant figuram.*

*Placuit, ut sicut Leonis papae et omnium episcoporum nostrorum atque reliquorum fidelium generali et synodali consultu decrevimus, nullus corepiscopus per manus inpositionem spiritum sanctum tradere aut sacerdotes vel levitas aut subdiaconos sacrare vel virgines velare aut sanctum crisma conficere vel ecclesias aut altaria sacrare*

*aut benedictionem in publica missa populis tribuere praesumat.*

*Quae omnia summis pontificibus, id est cathedralibus episcopis, debentur et non chorepiscopis vel presbyteris, quorum formam iuxta sanctorum canonum decreta chorepiscopi gerunt.*